Autor damnatus

Invicta & Potenti

TRIVM FOEDERVM RHAETORVM INALPINORVM

UNITATI,

PATRIÆ ET PRINCIPI MEO SVBMISSE COLENDO.

FIlialis amor, & ſtudium indefeſſum, tibi, altera mihi Mater mellitiſsima, toto animo, cunctiſque viribus, aliquo cum emolumento & fructu, ut ſoboles grata, perpetuo ſerviendi, inclinationi meæ materiam præbuit amplam: ut nunquam peritura Hiſtoricorum Veterum & Neotericorum monumenta, qua potui diligentia, perſcrutari, poſt ſacra doctrinæ volumina, inprimis mihi cordi & labori eſſe duxerim. Dum vero peregrinæ antiquitatis, propriæ laudis avida, ſcrinia pervolvi: pauca quædam, de noſtrorum populorum origine, & ſedis mutatione, & occupatæ re-

PALLADIS RHÆTICÆ

LIBER PRIMVS.

ITALIA omni tempore, propter ſaluberrimam aëris têperiem, pinguiſſimorum agrorum felicitatem, & omnium deliciarum ubertatem, artium denique & ſtudiorum excellentiam, ceu Paradiſus alter, & totius Europæ ocellus, omnium ordinum & nationum homines ad ſe pertraxit: quos deinde non modò pulcherrimarum artium & ſcientiarum, quarum eſt ingenioſa magiſtra; ſed & contubernii, juris & patrocinii, ob humaniſſimam hoſpitalitatem laudatiſſima, participes fecit. Pro quo beneficio tamen, non ſemper meritam gratitudinem, & talionis ſanctitudinem; ſed injurias ſæpenumerò & inſidias experta eſt. Vnde tam nobilis Regio, à variis populis hoſtiliter ſæpiùs tentata & afflicta fuit. Sic florida, & præ cæteris Italiæ provin-